

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Supplementum omnium eorum, quae in veteri Breviario
Einsidlensi desiderantur quaeque per Novissimam Bullam
Clementis XII [...] sub regula s. P. Benedicti in tota
Germania militantibus die Nov. 1787 ...**

Klemens <XII., Papst>

[Ettenheimmünster], 1738

Februarius

[urn:nbn:de:bsz:31-120349](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-120349)

„ Conversionis S. Pauli venerit in Domini-
 „ ca Sexagesimæ, Oratio Dominica in
 „ Comemoratione facienda ad utraque Ves-
 „ peras et Laudes non mutatur, licet in
 „ ea nominetur antonomastice S. Paulus.

27. S. Jo. chryst. fl.
 de eccl. hier. dicit quod
 de festo in quod
 sequitur. est. ut in
 brev.

NB. ~~Hæc Rubrica intelligenda est de locis
 in quibus prædictum festum celebratur
 sub ritu i. Classis.~~

Die 30. Ianuar:

In Festo S. Adeelmi Abb. dupl:

NB. Hoc festum
 deest in Brev. min:
 ideoq. et in extra-
 hendum.

In Veteri Brev: f: cciv. Omnia ut ibi, ex-
 ceptis lectionibus i. Noct: quæ in Novo Brev:
 assignantur: Iustus si morte p de Comuni
 Conf: non Pont:

FEBRUARIUS.

Die 3. Februar:

S. Blasii Ep: et Mart. dup.

2. Feb
 Brev. min. Dupl
 de die in brev
 prædicta dum. quæ fest
 de. post die. f. p.

Oratio ut in Vet: Brev: In I. Noct. Lect:
 de Scriptura occurrente.

¶ absolut: Ipsiq; pietas. *Februarius.*

Bened: Deus Pater

43.

omnipotens. In II. Noct: *Leet: V.*

Blasius Cappadox, nobili genere ortus, sebaſte in Cappadocia ex medico Episcopus creatus est, ut corporum curatio- ni animorum cura succederet. Huic muneri cum sedulam, ac piam opera navaret, dira tempeſtas adverſus Chriſtianos à Licinio Tyranno excita- ta fuit. Blasius divino instinctu, Chriſti consilio, et exemplo in montē Ar- gæum se recepit, ac sese in speluncā abdidit, in qua rerum divinarū con- templationi vacans, ab ipsis feris na- tivæ feritatis oblitus, quotidianum victum accepit, et multis obsequiis cultus est. R. Honestum p. supra f. 37.

Leet: VI. Bened: Christus perpetuæ p.

Ibi tamdiu latuit, dum ab Agricolai

Præsidis militibus casu deprehensus,
 inde abstractus, et ad Præsidem ductus,
 illius iussu in vincula coniectus est.
 Sed vincetus ipse multos, quos eius
 Sanctimonie fama acciverat, à diver-
 sorum morborum vinculis liberavit.

Rx. Desiderium animæ. f. 39.

Bened. Ignem sui amoris.

Lect. VII.

In his puer fuit, qui desperata à me-
 dicis salute transversâ spinâ faucibus
 inhærente, animam agebat. Illustris
 sanè tum corporum, tum animorum
 medicus, non humanâ, sed divinâ ar-
 te, non paratis à natura remediis, sed
 Christi gratiâ comparatis, ægros pris-
 tine salutis restituit, omni ferè mi-
 raculorum genere conspicuus; nam
 Christi super aquas ambulantis, et

Februarius.

45.

Eliæ Sareptanæ viduæ annonam
multiplicantis miracula renovavit.

R. Stola iucunditatis p f: 40.

Bened: A cunctis vitibus p.

Leet: VIII.

Atrocissimis tormentis crudelissi-
mi Præsidis iussu cruciatus fuit. Du-
ris verberibus cæsus, tortus in equu-
leo, pectinibus ferreis dilaniatus,
candenti loricâ indutus, aliisque ex-
quisitissimis suppliciis affectus est. Sed
eius fides probari quidem potuit, non
tamen vinci. Dilacerato corpore in-
fractus animus restitit. Tandem vic-
to tyranno, capite plexus illustre
fidei testimonium Ecclesiæ reliquit
tertio nonas februarü, anno Christi
trecentesimo decimo sexto.

R. Posuisti Domine p f: 4i.

46.

Februarius.

In III. Noct: Homil: in Evang: ~~III. Noct~~

~~III. Noct~~ Siquis vult. de Comuni unius Mart.

Die 4. Februar.

S. Andreae Corsini dup.

In Hymno: Meruit supremos. Re-
liqua omnia ut in Vet: Brev:

Die 6. Februar:

S. Odilonis Abb. dup.

Omnia de Comm: Conf: non Pont: In
Hymno: Meruit supremos. Orat: In-
tercessio.

7 absolutio:
Ipsius pietas

Benedictio:
Deus Pater
omnipotens.

7
In II. Noct: Lect: V.

Odilo in Alvernia ex equestri fami-
lia genus duxit, quod insigni morum
sanctimoniâ, et sublimium virtutum
exercitatione reddidit illustrius. Ad-
ultâ vix ætate clericorum Ordini no-
men dedit: mox ad maiorem spirita-

Februarius.

47.

lis vitæ perfectionem aspirans, sancti Maioli disciplinæ se totum addixit. Quo magistro tantum profecit, ut spre- tis mundi divitiis, et sæculi voluptati- bus Monachorum Cluniacensium cœ- tui adscribi curaverit.

R. Honestum fecit p. f. ^{22.} Bened: Chr̄us perpetuæ,

Leet: VI.

Quum vix quatuor inter eos sanc- tissimè explevisset annos, à sancto Ma- iolo morti proximo successor in mo- nasterii ~~curam~~ Præfecturam deligi- tur: in quo munere religioso disci- plinæ studio, prudentiâ, orationum assiduitate, ieiuniorum frequentiâ cæterisque carnis afflictationibz, qui- bus corpus in servitutem redigebat, monasticæ perfectionis exemplar

universis se præbuit. Singulis diebus
 Sacratissimum Mijse Sacrificium cum
 lacrymarum copia Deo Patri offere-
 bat. Primus commemoratione Chri-
 sti fidelium mortuorum post diem festum
 omnium Sanctorum in suis Monasteriis
 fieri præcepit: quem postea ritum uni-
 versalis Ecclesia recipiens comprobavit.

IX. Amavit eum *ps. 24.*

Bened. Ignem sui amoris

Lectio VII.

Omnibus omnia factus gratum se uni-
 versis exhibebat: eaque fuit in paupe-
 res misericordia, ut nihil sibi, ac sæpe
 etiam Monasterio, cui præerat, relin-
 queret. Præsertim, dum fames valida
 fines Aquitaniæ vehementer afflige-
 ret, ac plurimas Galliarum provincias
 vastaret, erogatis in egenorum usus the-

Sauris, horreis etiam frumento exhaustis, plurima Sacrarum vasa confregit. Mox pretiosa Ecclesiae ornamenta distaxit, et coronam, quam sibi Imperator Henricus ob sui memoriam destinaverat, non pepercit.

Rx. Iste homo. ps. 25. Bened: A cunctis vitis,

LECT: VIII.

Divinarum rerum contemplationi addictus, monasticæ disciplinæ, ac propagandæ Divinæ gloriæ studiosissimus fuit. Nec unquam ædificandarum, si-ve reparandarum Ecclesiarum curam deposuit. Romam profectus, ut Apostolorum corpora veneraretur, illam à Deo gratiam identidem postulavit, ut ante ipsorum sepulchrum efflaret animam. Sed in Gallias redire coactus,

cū multos subinde labores pro Christo pertulisset, gravi tandem confectus senio, obitū sui die fratribus prænuntiato, ac salutaribus Ecclesie Sacramentis ritè munitus, nocte, quæ Circumcisionis Dominicæ solemnia præcedebat, immaculatum spiritum Deo reddidit, virtutum meritis clarus, et miraculorum famā in vita, et post mortem celebratus.

In 2. Vesp: à Cap.
de sequ: com. præc:
Oratio: Deus qui
nos Beati Odilonis
abbatis Annua ꝑ
ut in Communi
Conf: non Pont.

R. Desiderium animæ ꝑf: 27.

In III. Noct: Ecce nos reliquimus.
Lect: 12. cum R. Veni sponsa Christi,
de S. Doróthea, ut in Vet: Brev: 7

Die 7. Febru:

S. Romualdi Abbatis dupl:

In I. Noct. Lect: de Script. Si verò venerit
in Quadrag: Lect: dicuntur: Iustꝰ si morte.
Reliqua ut in Vet: Br:

Februarius.

51.

Die 8. Februar:

S. Ioannis de Matha C. dup.

Oratio ut infra fol. 438.

In I. Noct: Lect: de scriptura occur:

Si verò venerit in Quadrag: erunt:

Beatus vir. ~~Quod servatur etiam in
alijs festis occur: in Quadragesima.~~

Reliqua omnia ut in Vet: Brev:

Die 9. Febru:

S. Apolloniae V. et M. dupl.

Omnia de Comuni Virg: et Martyrum
præter sequentia. Oratio ut in Vet. Br:

In I. Noct: Lect: de Scriptura occur:

Si verò venerit in Quadrag: Lect: De

Virginibus,

¶ Absolutio Ipsius pietas,

In II. Noct: Lect: V.

Bened: Deus Pater omnip.

Apollonia Virgo Alexandrina sub
Decio Imperatore, cum ingravescente
iam ætate ad idola sisteretur, ut eis

venerationem adhiberet, illis contemptis, IESUM Christum verum Deū colendum esse prædicabat. Quàmobrem omnes ei contusi sunt, et evulsi dentes: ac, nisi Christum detestata Deos coleret, ac censo rogo combusturos vivam minati sunt impii carnifices. Quibus illa, se quamvis mortem pro IESU Christi fide subituram respondit.

R. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prosperè proceda, et regna. * Et deducet te. Bened. Christus perpetua p

Leet: VI.

Itaque comprehensa, ut combureretur, cum paulisper quasi deliberans, quid agendum esset, stetit, ex illorum ma-

nibus delapsa, alacris in ignem sibi paratum maiori Spiritus Sancti flammâ intus accensa, se iniecit. Unde brevi consumpto corpore, purissimus Spiritus in caelum ad sempiternam martyrii coronam evolavit.

℞. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. V. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam: * Propterea. Bened: Ignem sui amoris, p

Lectio VII.

Sermo sancti Ioannis Chryso-
mi.

Ego maximè commemorationes diligo Martyrum; diligo, et amplector: atque omnes quidem, sed tum præcipuè, cum mulierum certamina proponuntur;

Quantò enim infirmius est vas, tantò illustrius est Trophæum, tantò insignior est victoria, non ob imbecillitatem sexûs athletarum, sed quod per ea, quibus vicerat inimicus, nunc etiam vincatur. Per mulierem vicit, per mulierem superatus est. Hoc illius antea telū erat: hoc illius nunc cædis factum est instrumentum, hoc vas apparuit insuperabile. Peccavit illa prior, et mortua est: ista mortua est, ne peccaret.

Rx. Prudentes Virgines aptate vestras lampades: * Ecce Sponsus venit, exite obviam ei. N. Media autē nocte clamor factus est; ~~exite obviam ei~~
* Ecce. Bened: A cunctis vitiis, et p

Lect: VIII.

Illa tum fūtilis promissi Spe inflata, Dei leges violavit, hæc vitam præsentē con-

Februarius.

55.

tempfit, ne fidem in suum benefactorem
eiuraret. Quam igitur deinceps sperare
poterunt excusationem viri, si molles
sint, et ignavi, quam verò veniam, cum
fortiter, ac viriliter se gerant mulie-
res, cum ad eò se generosè ad certamina
pietatis accingant? fuit illi corpus im-
becillum, et obnoxius sexus iniuriæ: ve-
rùm tamen omnium horum imbecillita-
tem adveniens gratia occultavit: nihil
enim est, nihil planè potentius est eo,
qui magno cum studio Dei timorè ha-
beat in mente defixum: sed quamvis
ignes, quamvis ferrum, quamvis bestias,
quamvis aliud quidvis minentur hostes,
omnia nullo negotio contemnit; quod ùti-
que Beata ista fecit.

R^x Afferentur Regi Virgines post eam,

56. *Februarius.*
*proximæ eius. * Afferentur tibi in læ-*
titia et exultatione. V. Specie tua, et
pulchritudine tua intende, prosperè pro-
*cede, et regna. * Afferentur.*

*M. thea homilia
n̄ habet in Br. min:
hinc extrahenda.*

*In III. Noct: Homil: S. Augustini Ep:
Disceptamus fratres, in Vet: Br: f: cxlvii.*

*Die 10. Febru:
S. Scholasticæ Virginis.*

Dupl: 2. Class: cum Octava.

*Omnia ut in Comuni Virg: et Veteri Brev,
præter ea, quæ sequuntur:*

*In Utrisque Vesp:
V. Quæ est ista, quæ ut nubes volat?
R. Et quasi columba ad fenestras suas.*

Ad Magnificat Antiphona.

Dedit mihi Dominus pennas sicut co-
lumbæ, volabo, et requiescam.

Oratio.

Deus, qui animam beatæ Virginis tuæ

Scholasticæ ad ostendendam innocentie
sue viam in columbæ specie cælum pe-
netrare fecisti: da nobis eius meritis, et
precibus ita innocenter vivere; ut ad æ-
terna mereamur gaudia pervenire. Per
Dominum. = Veni electa.

In I. Noct: R. i. et reliqua per ordinem
ut in Comuni Virginum per totam Octav.

In II. Noct: R. 7. Prudentes Virgines, R. 8.
Afferentur Regi

In Laudibus.

V. Ecce tu pulchra es amica mea.

R. Ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.

Ad Benedict, Antiph:

Surge, propera amica mea, columba mea,
formosa mea: veni, et accipe coronam, quam
tibi Dñs preparavit in æternum. Or. ut supra.

Hæ Antiphonæ, V. et Oratio in Vesperis et
Laudibus dicuntur, quoties fit de S. Scholastica
pro Mense. S. R. C. 2. Aprilis. 1718.

In 2. Vesp. fit com
1. Chant i. 2. recitatio
ana frontalis V
amant. oratio. In
qui nos Beati de con
conf. n. post. vel
in Noct in qua post
festum S. Marci
et in figuris n. 12

Rubrica: Dies infra Octavam, si incidant in
 Quadrages: celebrentur sub eodem ritu cum
 duabus Lect: de Sermonem per Oct: Tertia
 verò Lect: de Homil: feria cum com: feria
 in Vesp: et Laud:

Die 11. Februarii.

S. Pauli I.^{mi} Eremitæ dup.

In Veteri Brev: 15. Ianuar:

In Hymno: Meruit supremos. In i. Noct.
 Lect: de Scriptura occurrente. Reliqua ut
 in Vet: Brev:

Die 12. Februarii

S. Agnetis V. et M. dupl:

In Veteri Brev: fact 21. Ianuar: Omnia ut ibi.

Die 13. Februarii.

S. Gregorii II. Pap. et C. dupl.

In Hymno: Meruit supremos.

Oratio.

Deus, qui beatum Gregorium Confessorē

• *Februarius.* 89.

tuum atque Pontificem fidei defensorem,
et Apostolicæ sapientiæ, ac firmitatis ex-
emplum in Ecclesia tua constituisti: lar-
gire nobis quæsumus; ut omnia adver-
sa pro nominis tui gloria humili cor-
de sustinentes, æternitatis gloriã con-
sequamur. Per Dominum.

In I. Noct: Lect: de Scriptura.

q. Absolutio:
Ipsius pietas.

In II. Noct: Lect: V.

Benedict:
Deus Pater omni

Gregorius, huius nominis secundus, na-
tione Romanus, parentibus Marcello et
Honestâ, à pueritia Monachus sancti Pa-
tris Benedicti factus, sanctitate, doctri-
nâ, facundiâ, constantiâ, ac studio pro
fidei et Ecclesiæ rebus spectatissim⁹ fuit.
Sub Sergii Pontificatu sacellarius, et Biblio-
thecarius Ecclesiæ Romanæ extitit. Dein-
de à Constantino Papa ad Diaconat⁹ Or-
dinem promotus, in eiusdem Pontificis comi-
tatu profectus Constantinopolim, Iustiniano

60.

Februarius.

Imperatori, de pluribus disciplinae capitibus, occasione Trullanorum Canonum quaestionem moventi pro sua eruditione fecit satis. Constantino post dierum quadraginta interregnum Gregorius mirabili totius cleri et populi concordia successit anno septingentesimo decimo quarto.

R. Inveni David *p* f: 31. *Chrus* perpetuae

LECTIO VI.

Urbis mœnia contra Longobardorum excursiones aliqua ex parte renovavit. Cum animum castrum Romanæ Ecclesiæ à Longobardis ereptum, Ducis, populique Neapolitani auxilio recuperavit. Luitprandum Longobardorum Regem, Alpes Cottiæ, quas Aripertus eius decessor Ecclesiæ Romanæ donaverat, repetentem, admonitione sua ad earum donationem confirmandam adduxit. Monasteria, et Basilicas plurimas

Februarius.

6i.

reparavit, ac Monachis in us constitu-
tis divinum cultum stabilivit. Propriam
domum post obitum Honestæ Matris
in monasterium et Ecclesiam comuta-
vit. Cœnobium sancti Pauli in via Os-
tienti à fundamentis instauravit. Cas-
sinense monasterium penè eversum,
et in eo sancti Patris Benedicti Regu-
lam propè inter mortuam per sanctum
Petronacem Abbatem restituit. Inun-
dationem Tiberis, domos agròsque de-
vastantem ac dissipantem, publicis pre-
cibus et Litanis indictis compescuit.

R. Posui adiutorium pf. 32.

Lectio VII.

Ignem sui amoris.

De finibus Ecclesie dilatandis sollicitus,
Sanctum Corbinianum virum Apostoli-
cum ad conversionem Gentium procu-

randam Episcopum ordinavit. Bonifacio Anglo Monacho sancti Patris Benedicti viro sanctissimo, ac deinceps Martyri credidit Apostolatam ad Gentes, eumque Romam vocatum Episcopum consecravat. Ut omnes vigilantissimi Pastoris partes impleret, optimis legibus Ecclesiasticam disciplinam, et Christianorum mores instruxit. Geminam Synodum Romae habuit, alteram adversus illicita coniugia, alteram adversus Iconoclastas. Leonem Isaurum Imperatorem sacrarum Imaginum destructorem gravissimis Epistolis dogmaticis à nefaria heresi removere, omnique illum officiorum genere sibi demereri incassum studuit. Anastasium Presbyterum Iconoclastam ab Imperatore in sedem Constan-

tinopolitanam, eiecto Sancto Germano,
intrusum, anathemate confixit.

R. Iste est, qui ante Deum *ps. 33.*
à cunctis vitiis p.

Lectio VIII.

Vitæ sanctissimi Pontificis pro fidei ca-
tholicæ conservatione iugiter excuban-
tis sæpius per suos exarchos Duces, a-
liosque ministros insidiatus est Leo Isau-
rus. Sed pro Gregorii defensione piè
foederati Romani, et Longobardi ipsū
coniunctis viribus ab eorum dolis, in-
sultibusque incolumem servavêre. Ip-
se verò in orationibus, ieiuniis, eleë-
mosinis, publicisque supplicationibus
potissimum præsidium collocabat. Cùm
autem Imperator nullo prorsus reme-
dio sanabilis esset, eum Gregorius di-
ro anathemate perculit, et ne solemne
tributum ipsi solverent Occidentis incolæ,

néve Exarchus nova vectigalia exigeret, inito cum Francis foedere vetuit. Rebus demum præclare gestis, quibus maximis quibusque prædecessorum suorum æquiparatur, cœlū conscendit beatissimus Pontifex mense Februario, anno Christi septingentesimo trigesimo primo, cū annos sexdecim, menses Octo, et dies viginti sedisset.

Rx. Iustum deduxit p f: 35.

In III. Homil: Vigilate p de Comuni.

In 2. Vesp. a cap. de seq. ano faceret. et. amant. oral. ut supra. com. seq. p. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Die 14. Febru.

S. Ildephonsi Ep. et C. dup.

In Hymno dic: Meruit supremos. et in i. Vesp. ad Magni: sacerdos et Pontifex.

In Vet: Brev: Parte Hyem: et Vernali f. ccii. omnia ut in Parte Vernali notantur, excepto io. Rx. quod est: Sint lumbi. et omnia

Lett. nost. in quibus fidelis extra p. a. de seq.

Die 15. Febru: Laurentii Ep: dup. in Vet: Brev: tam Maiori quam. min: 2. febr: oia ut ibi. in 3. Noct: Homilia Homo p. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Lett. de 15. febr. et omnia notantur in 3. Noct. com. al. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Februarius.

Die 17. Februarii
Octava S. Scholasticæ dup.

Omnia ut in festo. Lect: i. Noct: de script.
currente. R. i. in i. Noct: Veni electa.
Homil: de io. Virg: quæ incipit: Intelli-
gamus. Reliqua ut in Vet: Br:

Die 19. Febru:

S. Hilarij Ep: et C. Sem. Vide pag. 394.

~~In Vet: Brev: ponitur 14. Janu: Omnia
ut ibi, exceptis Lect: 3^{ti} Noct: quæ sic
distribuantur: 9^{na} Lectio incipit ut ibi.
10^{ma} incipit: Sal est in se uno p.
11^{ma} Apostoli autem p et finitur his ver-
bis: æternitati corpora reservantes.
Reliqua proponuntur duodecime lectioni.
R. 10. In medio.~~

Die 20. Febr.

S. Canuti Reg: et m: sem: ad libitū.

65.

9. 18. Febru:
Helladii E. C. dup.
H. CCVIII. V. CCVII.
Brev. min. ff. 93.
V. 91. Lect: 1. Noct.
Fidelis sermo.
3. N. Vos estis sal.
R. 10. In medio.
L. 12. et com. Si-
meonis. E. m. R.
Iste sanctus.

NB.
Johannes dicitur
Nocturnus ap-
trahitur

66.

Februarius.

Si hoc festum occurrat in Dominica, vel in die infra Octavam, etiam particularem, omittitur, quia non potest transferri.

In I. Noct: Lect: de script: occurrente. in Quadrag: vero Fratres debitores. Reliqua ut in Vet: Brev: f: CCXXV. omissa lect: com: S. Martini et soci. mon. in 2. vesp: a cap: de sep: com: p: abbe

Die 21. Febru:

S. Raymundi de Pennaf. C. Sem:

In Vet: Brev: 23. Janu:

In J. Noct: Lect: de script: occurrente. In Quadrages: Beatus vir. Reliqua ut in Vet: Brev: in Hymno Meruit supremos. omissa lect: il com: S. Vincentii. vesp: de sep: com: S. Pauli et petri

22. feb.
Cath. S. Martini antioch.
D. M. M. f. b. ill. ut
in cath. Rom. com. S.
Pauli in Land. 7. 2. v.
com. S. Pauli et sep.

Die 23. Febru:

S. Martine V. et M. Semid:

In Vet: Br: 30. Janu:

Post Hym. matul. Si festum S. Martine contingat transferri, tunc in I. Vesp: (: Si à Capit: fiat de eodem :) Et in secundis (: Si non sequatur festum semiduplex :) dicitur Hymnus:

Februarius.

67.

Martinæ celebri *p* usque ad: Non
illam crucians *p* quod omittitur usque
ad: A nobis abigas *p* quod assumitur
et dicitur pro clausula ante stropham
Non illam crucians.

*usque ad hoc sic firmat
p. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

Ad Matutinum verò incipitur: Non
illam crucians *p* cum reliquis usque ad
finem. At si non transferatur, ad Ma-
tutinum dicitur totus Hymnus *Vesperarum et Matutini
coniunctus*

Lectio iz. de Vigil: S. Mathie Apost: *7 prima clau-
sula amissa.*
ut in Comuni Apost: cum R. i. Dom: præc.

In Quadrag: nil fit de Vigil: nisi in
missa. Reliqua ut in Vet: Br:

Die 25. ~~Februarii~~ vel 26. Februarij.

S. Walpurgis Virg: Dup:

Omnia de Comuni Unius Virg: præter
hic notata. Orat: Exaudi. In i. Noct:
Lect: de Script: In Quadrag: De Virginibus. Absolut: Ipsius
Lect: V. Bened: Deus Pater.

Walpurgis, sancti Richardi Anglorum

Regis filia, ac sanctorum Wilebaldi,
 et Wunebaldi germana soror, ab ipsa
 prima ætate noxia seculi blandimenta
 fugiens, virginitatem suam IESU Chri-
 sto dicavit. Mox inter Regales, à qui-
 bus penè abhorruit, delicias magnæ
 Sanctitatis specimen exhibuit, et sa-
 cræ Religionis hábitum sub Regula
 Sancti Benedicti suscipiens, qualis fu-
 tura esset, præsignavit. Quare à sanc-
 to Bonifacio primo Archiepiscopo Mo-
 guntino unà cum alijs Deo devotis
 foeminis accersita est, ut religiosam
 disciplinam partim plantaret, partem
 conservaret, ac amplificaret; quod ip-
 sa strenuè præstitit.

Rx. Propter veritatem p. f. 52.

Lect. VI.

Haydheimensi etiam cōdito recens
 Monasterio præfecta, tot sublimium
 exercitationum incrementa edidit,
 ut omnes, quod dignè mirarentur,
 et quod salubriter imitarentur ha-
 berent. Summa ei cum cæteris na-
 turæ, et gratiæ dotibus inerat pru-
 dentia, ac singularis morum suavi-
 tas. Nulli deerat consilio: omnes
 iuvabat charitate. Et æmulans in-
 dies charismata meliora, verbo suo,
 et exemplo subditas Virgines ad co-
 ronam promissæ à Domino immor-
 talitatis invitabat.

℞. Dilexisti iustitiam, f: 53.

Lect. VII.

Nullam sibi oblectationem indulgens

imbecille corpus crebris macerabat
ieiuniis. Diebus noctes iungebat,
orationi, ac rerum divinarum con-
templationi semper intenta. Hinc
inter regiminis curas non distracta,
devotione sincera ministeriū suum
divinis obtutibus offerebat Paternæ,
ac fraternæ virtutis vera imitatrix
facta, universis prudentum Virginum
ornamentis continuè excelluit. Tan-
dem meritis plus, quàm annis onusta,
ad Agni nuptias, quarum desiderio
unicè flagrabat, evocata, in pace quievit:
ante et post obitum gloriâ miraculorū
admirabilis. R. Prudentes Virg: pf: 54.

Lect: VIII.

Haydenheimii sancta Virgo domiciliū,
et sepulchrum habuit usque ad Odogerū

Februarius.

71.

Episcopum Eystettensem, cuius operâ,
accedente consensu Hadriani secundi,
qui eam sanctarum Virginum Catalogo
iussit adscribi, Cleri, ac populi acclama-
tione castissimæ Virginis reliquie Ey-
stadium solemnî pompâ, et omniû Ôrdi-
num accursu translatae sunt ad locum,
qui nunc à sancta Walpurgæ nomen ha-
bet; sic tamen, ut pars sacrarum reli-
quiarum monasterio Monheimensi ca-
deret, rogatu Liobæ Abbatisæ. Eysta-
dium id peculiare habet, quòd ex sacris
beatæ Walpurgis ibidem reconditis
ossibus limpidissimum ôleum in sub-
iectum argenteum vas miraculosè
defluit, quod morbis gravibus mede-
tur. R. Afferentur Regi x f: 55.

Lect: 3. Noct: de 10. Virginibus.

Die 27. Febr.

S. Leandri Ep. C. et Doct: dup.

In i. Noct: Lect: de Script: occurrente:

In Quadrag: verò: Sapientiam. Reliqua ut in Vet: Brev: f: CCX. v. CCIX. 63.

MARTIUS.

Die i. Martii.

S. Rudelindi Ep: et C. dup.

In i. Noct: Lect: Fidelis sermo ^p Reliqua ut in Vet: Brev: f: CCXII. v. 97. v. CCXII. 66.
si a vesp a egrada fecit et n' multat fa v. nisi uelery bouff

Die 2. Martii.

S. Suitberti Ep. et C. Dupl:

In i. Noct: Fidelis sermo. Reliqua ut in Vet: Brev: f: CCXIV. 90. v. CCXIV. 67.

Die 3. Martii.

S. Chunegundis Virg: dup.

In i. Noct: de script: In Quadrag: De Virginib: Reliqua ut in Vet: Brev: f: 584. In Vern. 515.